

**Supremum adeoq[ue] tristissimum Vale piissimi Manibus Viri ... Dn. M. Georgii Schedii; Scholae Gustroviensis Rectoris ... Natus ... 29. Augusti Anno 1579. ... Denatus ... 1650. ...**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430126>

Druck Freier  Zugang



Supremum adeoq; tristissimum

VALE

piissimis Manibus

*Viri Clarissimi atq; Excellentissimi*

**DN. M. GEORGII  
SCHEDI,**

Illustris Scholæ GUSTROVIENSIS Rectoris

Dignissimi, Meritissimi,

*Dni, Collegæ sui desideratissimi, ac Patri loco*

*æternim venerandi.*

*Qui*

**Natus GLAUCHAVIÆ Hermundorum, sive Misniæ**

*oppido die 29. Augusti Anno 1579.*

*Vocatus atq; introductus ad Rectoriam Schol. CADANENSIS circa Festum*  
SS. Trinit. Anno 1612. Deo autem per ordinaria media sic dirigente  
COMMODOVIUM ad similem functionem avocatus Anno 1618. Quæ per  
quadriennium fideliter administratâ, propter veram Evangelii con-  
fessionem à Commissariis Cæsaris in Exilium eiectus An. 1623. in hanc  
nostram concessit Megapolin, ubi Rectoratu BUTZOVIENSI ad tem-  
pus sc. 6. Ann. defunctus, ad Illustris Scholæ hujus GUSTROVIENSIS  
sceptra gerenda legitime vocatus accessit d. 26. Februar.

*Anno 1630.*

*Denatus piè ac placidè Anno 1650. in ipso Solstitio bruma-*  
li circa 4. vespertinam, Etatis anno 71. Hebdom. 15.


*Humatus est frequenti atq; honorifico funere in templo*  
Cathedrali 22. Decembr. ejusdem anni.

*Citum ès acclamatum.*

*à Collegis Scholæ GUSTROVIENSIS Nominis*

*opus æstima toribus devotissimis.*

Rostochl, typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.



**Q**uum Solhibernas Capri tentare meatus  
 Incipit, & minimum dat nova bruma diem;  
 SCHEDIUS occumbit Magnus, nobisq; relictis  
 Supremum dicit voce gemente VALE,  
 Dignus qui seculum vel Nestora viveret ipsum,  
 Si quis obtingentium vivere dignus erat.  
 Heu brevis ut longos parit hæc mihi bruma dolores,  
 Bruma quidem nostræ nata ruina Scholæ,  
 Quam vellem (proh velle meum sit posse!) sepulchrum  
 Pro meritis, SCHEDI, condecorare Tuum!  
 Verum, quod Tua me pietas doctrinaq; , virtus  
 Et candor poscunt, quod sibi iure volunt,  
 Quod Tu sexcentis aliis præstare Solebas,  
 Idq; vel oratus; vel quoq; sponte Tuâ,  
 Id Tibi vix ego præstitero. Venerande MAGISTER,  
 Digne cui dederant sceptrâ suprema Scholæ,  
 Non quod tale Tibi detrectem munus; abesto!  
 Sed quod non vires jam mihi suppedient.  
 Nam fateor, quid desitear? Pater & pia Mater  
 Me puerum Natum destituere suum;  
 Luxi, sed cesso jam pridem flere Parentes,  
 Ast Tua mors mihi fit cura subinde recens.  
 Seu fuerit genuina novi lux orta diei,  
 Seu mihi mercato sera lucerna die;  
 Extremis impressa fibris sub pectore, SCHEDI,  
 Ante meos oculos versat imago Tui.

Seu

Seu me Museum teneat, seu Tempia frequentem,  
Seu moneat nolæ pulsus inire Scholam;  
En subit illius facies miserabilis horæ,  
Quâ meus, ô SCHEDI, desinis esse meus;  
Quicquid agam, tacito quicquid sub pectore volvam,  
Anxius hæc mecum tristia verba loquor;  
Hocne cor excultum sævis erit esca colubris:  
Hoc caput, has doctas rodet echidna manus?  
Hoc quoties memini (memini sed semper) oboxis  
Lumina lacrymulis mœsta subinde fluunt,  
Dextra riger, mens ipsa stupet, defessa labascit,  
Penna nec in metrum verba ligare sinit,  
Non etenim mihi Rector obis Collegave saltim,  
Sed præceptor obis candidus imò Pater,  
Cujus si meritas fatagam describere laudes,  
Conabor vires exsuperare meas.  
Ast ego vel prorsus taceam; Te digna manebit  
Gloria, tantisper dum polus astra geret.  
Orbis doctorum, quem promovisse studebas,  
Non illaudatum Te finet usq; mori.  
Seu sint Theologia Doctores, sive Themistos  
Gloria juridici portio digna fori.  
Seu Medicis tractare modis sibi credita nôrint  
Corpora, felici suppeditante manu.  
Seu priscumq; novumq; Sophi pernôsse laborent,  
Et docti variis verba referre modis,  
Sive Professores, quos primos jure vocâssem,  
Et sacer ordo cluant Turba ministra Dei,  
Sive Sacramentum dicant hucusq; Lyceis,  
Et Musas vigili sedulitate colant.  
Hi puto, certabunt dignas Te dicere laudes,  
Acceptumq; volent omne referre Tibi,

Præ-

Præsertim reliquis Palmam rapuisse studebit  
In Te laudando GUSTAVOVIS alma VIRO.  
Cujus formandæ plus lustra quaterna juventæ  
Nil intentatum liqueris usq; boni.  
Ipsus ego, cum turbatam collegero mentem,  
Ibo parentatum, more decente, Tibi;  
Historiam satagens laudandæ texere vitæ  
Et gratâ Manes voce ciere Tuos.  
Interea SCHEDI placidâ reliquiesce sub urnâ,  
Dum canat ætheriæ vox inopina tubæ.  
Nunc verò Salve sorte palatia cœli,  
His elegis salve terq; quaterq; meis!

Andreas Mezmaier.  
Sch. Gustr. p. r. ConR.

## Ode Alcaica.

**N**on ergo frustra sic timui; neq;  
Vanum dolorem corde sub anxio  
Presq; jacentem quippe nostri  
jam querimus capitis coronam.  
Fuit Lycei gloria Schedius!  
Fuit Lycei Schedius (heu) caput  
Rectorq; nostri! scepra jamjam  
Et scholicum regimen posuit.  
Vixit juventa totus idoneus,  
Dum vixit, illam nec sine gloria

Mul-

Multos per annos eruditus;  
Sericitate regens paterna.  
Linguas & artes, publica res suos  
Et prava fructus unde capit satis  
Dextrè docebat, ut fatetur,  
Quisquis ab ore pependit ejus:  
Libriq; multa quos serie typis  
Commisit, omnes illius & fidei  
Et impigri labores extant,  
Invidia quoq; teste, testes.  
Rectore tanto pulpita cum Schola  
Stent orba nostra, vir sapiens videt,  
Quo ille detrimenta casus  
Pieria tulerit caterva.  
Hinc luget omnis sacriferum chorus  
Patrum, superstes Gymnasti cohors,  
Collega quisq; mœret ad is  
Ora rigant lacrymis alumni:  
Hinc dira duris cuncta precantium  
Parcis, & orco seruitiam febris  
Adjudicantium vel omnes  
Vox iterata replet plateas.  
Credas Magister, si reparabilis  
Ullius esses sanguine, te meo  
Mercator ipse, nec triumphum  
Lanifica canerent Sorores:

A 3

Ne

Nec esca se vis, sub gelida serobe,  
Unquam colubris, vindice me foret  
Cor eruditum, nec peritas  
Roderet ulla manus echidna.  
Sed facta Morti corpora pallida  
Rapina, nostro sanguine non queunt  
A lege Fatorum, minante  
Interitus redimi ruinam.  
Liberq; turmis spiritus entheis  
Coniunctus omnes orbis opes sibi  
Non optat, ut vita prioris  
Exuvias animet relictas.  
Ergo Jehova quod placuit, mihi  
Nobisq; cunctis perplaceat; neq;  
Injurius pius Piorum  
Manibus esse Pius laboret.  
Laboriosi muneris ultimum  
Didactron, immarcescibilem puta  
Honoris & vite coronam  
Grator ego potius Magistro.  
Meo Magistro, quodq; magis placet  
Nomen, Parenti cœlica premia  
Laboris exhausti tot annis,  
Gaudia nempe beata grator.

Sum-

*Summumq; Numem supplicibus rogo  
Votis, vacantem suppleat ut locum  
Idoneo Rectore, mæstis  
Virq; Paterq; fiet benignus.*

Scripta à

**Joachimo Geistio,**  
Cantore.

ΟΔΥΜΠΟΥ ΝΟΜΟΣ.

**Π**αιδευτῶν ΣΧΕΔΙΟΣ πολλῶν ἀντιζήσων  
Ἐψυχῶν μεράλιος ἰδέσθαι πολυήρατον υἱὸν  
Ἰετ' ἐν κέσμῳ πῶλῳ ἀλλ' ἤνεστο τελευτῇ.  
Ἵουενκα λιστόμῳ θαλερὸν κτ' δάκρυ ἔχενε.  
Νῦν ἦ ἐν σόλυμῳ μτ' πᾶσι πολλοῖσι ἀγίοισιν  
Ὀφθαλμοῖ μιν ἰδῶν λυτρωτὴ κλείψ' ἀνακτα,  
καὶ βιοτεύει ἀεὶ χαλεπῶν ἔκβαθεν ἀπάντων  
ἐν σέλιπυρῳ θεῶ, καὶ φωναῖς ἀγγελικῆσι.

PARODIA HORATIANA

ad Od. 26. l. 5.

Sub persona piæ defuncti & vitæ & spartæ  
laboriosissimâ.

**V**ixi libellis semper idoneus,  
*Et disputavi non sine gloria.*  
*Nunc grata defunctum paratò  
Funere me requies habebit*

*Dextrâ*



Dextrâ potentis quæ DOMINI mee  
Latatur. Hæc, hæc ponite codices,  
Funnalia, & chartas, & artes  
depositis tenebris sequaces.  
O qui beatum Christe tenes polum,  
Sedes carentes semine litium,  
REX summe mellitò labellâ  
Tange pios semel ac in ævum!

\* † \*

In schedulis SCHEDIUS vivit, doctisq; Pagellis,  
Quas doctus doctâ pinxit in orbe manu.  
In coelis SCHEDIUS vivit, dulcissima cantans  
NATALI DOMINI carmina plura sui.

\* † \*

Himmlischer Sieg der seeligen Seele/  
aus den Worten Pauli 1. Tim. 4/7-8.

**I**ch habe nun den Kampff/ den guten Kampff getân  
Die grosse Hergens Angst/ Gott lob ist schon gedâmpffet/ (pffet.  
Ach Gott! wie manchen straus hab' ich die kurze Zeit  
erfahren/ weil Ich war dort in der Eitelkeit/  
Nun hab' ich meinen Lauff vollbracht und wol vollendet/  
Darnach ich lange Zeit mit seuffzen mich gewendet:  
Den sauren Lebens- Lauff/ so manchen Ampis-Verdruss/  
Den der bey Schulen ist/ annoch vollföhren muß.  
Ich habe irbenst dem den Glauben auch gehalten.  
Drumb laß' Ich meinen Gott/ und liebsten Jesum walten/  
Hinfort ist bezeelegt/ und ewig mir bereit  
Die Cron der Ewigkeit/ und der Berechtigkeits

D'e

Die/welche mit der HERR an jenem grossen Tage/  
 Da keine Unlust mehr/ kein Elend ist noch Plage/  
 Der beste Richter/ der Gerechte/ geben wird.  
 Nicht aber mir allein/ wiegsein Wort mit sich führe/  
 Besondern allen auch/ die sein' Erscheinung lieben/  
 und in der Gottesfurcht sich Christ-gebürlich üben.  
 Des freuet Euch mit mir/ Ihr/ die Ich jederzeit  
 antrieb mit Mund und Hand zur Zucht und Frömmigkeit.  
 Ade zu guter Nacht! Ich bin vorhin gegangen  
 Euch alle dermal eins mit sauchzen zu empfangen.  
 Lob/ Ehr/ und Danck/ und Preyß/ Krafft/ Macht und Herrligkeit  
 Sey dir daffir/ mein Gott/ in alle Ewigkeit;

Luctus contestandi, ut &  
 debiti officii ergò f.

Blasius Grabius, Mulh. Thur.

Sch. Gustr. p. t. ConR.



Amos 9, 1.

**S**chlag' an/schlag' an den Knauff/ daß seine Pfoften bebö/  
 Daz sich herunter laß/ was vor pflog hoch zu schweben  
 und stehn auff festem Fuß? Die Dräwung wird an dir  
 O Güstrow nunmehr wahr und deinem Stad. Rector.  
 Ich wil nicht schreiben tezt von dem was schon vorgangen/  
 Als deinem Regiment der Tode mit seiner Stangen  
 herunter schlug den Knauff/ Corfen den weisen Manns  
 und andere dazu; Doch gleichwol dencke dran  
 Daß du vieleicht dabey nicht Seidenhaft gesponnen/  
 Ich halte mancher Schluß hat nicht also gewonnen  
 den Vorigang/ wie vorhin bey dieses Lebenszeit:  
 Ergänze diesen Riß/ O Gott/ nach Würdigkeit!  
 Nur dieses mercke heutz: Der Tode will gar nicht scherzen  
 Mit dir/ es ist sein ernst/ er greiffe nach Haupt und Herzen/  
 Er schlägt an solchen Knauff/ durch dessen niederfall  
 Kirch/ Rathhaus/ die Gemein/ erbehet über all.

B

Was

Was rümpffst du **Veidhard** doch hierüber deine Nasen/  
Was lachest **Hochmuth** du/ was sol dein tolles blasen?

Du grober **Vnderstand**/ es bleibet dennoch war/  
was hie gesehet ist/ hab acht/ ich mach' es klar.

Ist nicht die **Schul** ein **Gart** und schönes **Ackerwerckes**/  
Darin gepflanzet wird die **Hoffnung** sampt der **Stärke**

den Die ganze **Bürger-schafft**: Wer gibet der **Kirchen** glantz/  
Was hält den **Hausstand** auff? Woher rümpffseine **Schank**?

Das allgemeine **Best**? Die **Schul** muß ja versehen

**Kirch**/ **Haus** und **Regiment**/ sonst ist damit geschehen/  
Erfahrung **lehret** gnug/ wo man die **Schuel** hebt auff

Da folge **Verwirrung** bald/ und ein **verkehrter** **Hausf**.

Sol aber dieser **Gart** gewünschte **Pflanz** geben/  
Mus man mit höchsten **Fleiß** nach guten **Gärtern** streben/  
Die sich darauß **versteht** und nach **beschaffenheit**

Die **Keiser** auffzerziehen durch **Schärf** und **Süchtigleit**.

Und wenn man solche hat/ sol man sich billich **freuen**

Auch sich ja lassen nicht **verdressen** noch **gerenen**

Was man auff Sie **gewand**. O selig ist die **Stade**

Die eine gute **Schuel** und treue **lehret** hat.

Hergegen mag ein **Dre** sein **Unglück** wol **beklagen**/  
Wann ohn **gefahr** der **Tod** danieder hat **geschlagen**

Ein **wolverdientes** **Sted** der **Schuelen**/ den **Gefahr**

Ist bey **Veränderung**/ der **Wechsel** immerdar

Was neues mit sich **föhret**. Nun was ist es denn **Wunder**

Daß wir in **Sorg** und **Angst** beweinen auch **ihunder**

den **niegewünschten** **Fall**/ des theuren **SCHEDIUS**,

Der diese **Schuel** regiert mit **treu** und ohn **Verdruß**

**Fast** ein und **zwanzig** **Jahr**. Ach es ist mehr **verlohren**

An diesem **werthen** **Mann**/ als viele grobe **Thoren**

**vermeynen**! **Gläubet** mir/ ein jeder **Zag** bringe nicht

ein solches **frommes** **Herz** und vieler **Künste** **Liebe**.

Er war ein solcher **Mann** der **leitet** die **freche** **Jugend**/  
Mit **leben** und durch **lehr** **Anführte** zu der **Zugend**/  
Ein **Mann**/ dem **Gottes** **Wort** zu **Herzen** **kräftig** **glantz**/  
Ein **Mann**/ der mit **bedacht** sein **Werk** **allzeit** **anfang**.

Vns Gottes Ehr und Lehr zog Er mit grossen freuden  
Ins Elend immerhin/ in allen seinem leyden  
hielt Er fast auff Gedult/ Er gab in Ferundtligkeit  
wenn Er gefragt ward gar richtigen Bescheid.  
Der Hoffart war Er feind/ die Demuth muß Er lieben/  
Was Griechenland gewußt/ was Roma hat beschrieben  
war Ihm nur Kinderspiel/ so war auch kein Gedicht/  
noch Kunst/ noch Disciplin/ noch einlge Geschicht  
Die Ihm nicht wol bekant. Er könnte leicht verlachen  
Des Romus Tadeln/ Er pfleg gar zeitig wachen  
und nicht beschämen offte/ umb Vorzug hatten Crete  
bey Ihm ohn unersch die Lieb' und Mildigkeit.  
Und wie kan allen Ruhm die Schwache Feder fassen/  
Den dieser grosser Mann verdienet besser massen:  
intheile Freund und Feind von diesem Falle frey/  
Ob nicht ein grosser Schad' uns wiederfahren sey.  
Mein Vater und Regent mücht ich zu rücke bringen  
mit meinem Blutz ich wolt' es lassen springen!  
Ach/ ach! es ist umbsonst/ der Todt ist raub und blind/  
bey ihm kein wein hilfft/ noch raum das sehen find.  
Ich habe dich geehret/ geliebet und wil dich lieben/  
So lang mein schwacher Geist im Leibe sich wird üben/  
Nim hin/ du Candidat des Himmels zum Vater  
Mein seuffzen und was schlechte allhie geschrieben steht.  
O daß ich ruhen solt auch bald zu deinen Füßen/  
Mein Vater ich müß dich zu letzt noch einmahl grüssen/  
Ach nim damit verlieb/ Es rühmt der Wieman Dich  
nach höchster Schuldigkeit von nun an ewiglich.

Fridericus Witman/  
Succentor.

Sape

Sæpe fatigatum curis grandiq; labore  
Pulvere sub Ludi te quoq; Parca rapit?  
Fortunate senex, tibi jam pro pulvere cælum  
Pro curis pax est, proq; labore quies.

Eberhardus Andreas Amfelius,  
Scholæ Plaviensis designatus  
Rector,




*Piae*

Das Gottes Ehr und Lehr sag Er mit grosser  
 Ins Elend immerhin/ in allen seinem Leyden  
 hielt Er fast auff Gedult/ Er gab in Ver  
 wenn Er gefragt ward gar richtigen Q  
 Der Hoffart war Er feind/ die Demuht mus  
 Was Griechenland gewist/ was Roma hat  
 war Ihm/ nur Kinder spiel/ so war auch  
 noch Kunst/ noch Disciplin/ noch eini  
 Die Ihm nicht wol bekant. Er könte leicht v  
 Des Romus Tadeln/ Er pfleg gar zeitig we  
 und mich beschämen off/ umb Borzug  
 bey Ihm ohn unerlaß die Lieb und M  
 Und wie kan allen Ruhm die Schwache Feder f  
 Den dieser grosser Mann verdienet besser mass  
 nichte Freund und Feind von diesem  
 Ob nicht ein grosser Schad uns wieder  
 Mein Vater und Regent mocht ich zu rüch  
 mit meinem Blute dich/ ich wolt es lassen spr  
 Ach/ ach! es ist umbsonst/ der Todt ist e  
 bey ihm kein weinen hilff/ noch raum d  
 Ich habe dich geohret/ geliebt und wil dich liebet  
 So lang mein schwacher Geist im Leibe sich w  
 Mein him/ du Candidat des Himmels  
 Mein seuffzen/ und was schlechte allhie g  
 Das ich ruhen solt auch bald zu deinen Füß  
 Mein Vater ich muß dich zu legt noch einmah  
 Ach nim damit verlieb/ Es rühme der  
 nach höchster Schuldigkeit von nun an

Friede

Steman/  
 entor.

Sape



the scale towards document